

tiven und volitiven Seele darstellt,¹ indem er ferner zu zeigen sucht, wie in ihnen die sittlichen Beziehungen des Menschen nach allen Richtungen und Dimensionen umfasst,² alle Arten der Agibilia³ und die Präservative gegen alle Arten angeerbter menschlicher Verderbtheit erschöpft seien.⁴ Er sieht endlich in ihnen einen vierfachen Schmuck und Schutz der zu Gott emporstrebenden Seele in den Kämpfen und Mühsalen des zeitlichen Erdenlebens.⁵ Dieser ihrer Bedeutung können sie aber freilich nur in Verbindung mit den drei christlichen Haupttugenden, des Glaubens, Hoffens und Liebens entsprechen,⁶ welche den durch die vier Cardinaltugenden zu leitenden Seelenkräften den rechten Halt im Himmlischen und Göttlichen verleihen.⁷

¹ *Prudentia dirigit actum rationalis, qui est bonum et malum discernere; temperantia actum concupisibilis, qui est velle bonum delectabile; fortitudo actum irascibilis, qui est aggredi arduum et sustinere difficile; justitia vero actus hominis, quos aliae virtutes dirigunt respectu sui, vires omnes circuendo dirigit respectu proximi.* Ibid.

² *Prudentia quasi lumen praeferens intellectum dirigit. Triplex autem alia virtus eam quasi lucernam sequens affectum perficit, videlicet temperantiam respectu ejus quod infra nos est, fortitudinem respectu ejus quod juxta nos est, justitiam vero respectu ejus quod juxte nos est aut supra nos i. e. proximi et Dei.* Ibid.

³ *Prudentia est in eligendis, temperantia in utendis, fortitudo in tolerandis, justitia in distribuendis.* Ibid.

⁴ *Harum virtutum effectus contra quatuor originales defectus militant: contra ignorantiam prudentiae cognitio; contra concupiscentiam temperantiae moderatio; contra infirmitatem fortitudinis roburatio; contra malignitatem justitiae rectitudo.* Ibid.

⁵ *His denique quatuor virtutibus velut quatuor pretiosis lapidibus Christi sponsae quasi totidem stellis rutilans decoratur. Prudentiam habet a parte anteriori, ut caveat a malis futuris; justitiam a parte posteriori, ut satisfaciat de praeteritis; temperantiam a dextris, ne elevetur in prosperis; fortitudinem a sinistris, ne succumbat in adversis.* Ibid.

⁶ *Virtutes theologicae i. e. divinae . . . principaliter animam ordinant ad finem supremum, qui Deus est; virtutes autem aliae circa ea, quae sunt ad finem, ordinantur.* Spec. consid. II, c. 2.

⁷ *Cum animae nostrae vires imperfectae in suis actibus et diminutae sint, vis rationalis in cognoscendo, vis concupisibilis in volendo, vis irascibilis in exequendo, fides est directio cognitionis in rationali, caritas est ordinatio volitionis in concupisibili, spes et fortificatio executionis in irascibili . . . Per fidem Deus suae veritatis lumine animam dirigit, per spem suae potestatis juvamem erigit, per charitatem suae bonitatis dulcedine trahit, trahendo suaviter allicit, alliciendo secum eam spiritualiter unit.* Ibid.